Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

etiam. ut plus distat conspirare ad
eterna. Dextera sponsi eam amplexatur
qui tota intencio est ut eterne fi
delis hoc est ut ad eternam beatitudinem
perueniat. et spe sui conditoris gau
deat. Et uel prius leua sub capite
post sponsi dextera eam amplexabitur
quia nemo ad amplexum eterne beati
tudinis potest peruenire. nisi hic mysteri
orum celestium et donorum diuinorum stu
duerit esse particeps. Vox Christi. Adiu
ro uos filie ierusalem per capreas ceruosque
camporum. ne suscitetis neque euigi
lare faciatis dilectam quoadusque ipsa
uelit. Vox sponsi adiurantis filias
ierusalem id est eternis desiderijs intentas. et
uisionem pacis requirentes. ne des
tent sponsam suam sentent[illegible] et inque
tent. Adiuro uos filie ierusalem et cetera
usque ad dilectam. hoc est animam diuine
contemplacionis deditam. occupacionibus
uel lectionibus diuinis occupatam. ne
inquietare et ad exteriora suscitare
uelitis. donec ipsa uelit. Hoc est do
nec expleto contemplacionis tempore
ipsa admonente corporis fragilitate ex
citari ipsa uelit a sompno diuine
quietis ad temporalia agenda procedere.
Videamus ergo per quos adiuret filias ierusalem
per capreolas ceruosque camporum. Capree et
cerui munda sunt animalia serpentibus et uene
nis inimica significant uirtutes sanctorum
quorum mundicia spiritualiter refulget et uenena
fraudis diabolice non solum caueant
uerum etiam insectantur et ad nichilum
redigunt. Et est sensus. Adiuro uos o filie
ierusalem per uirtutes uestras quas diuina uobis
gratia collatas gaudetis. ut animam con
templacioni uacce intentam non inquietetis
donec contemplacionis hora finita ipsa aliud
quod agere uelit. Vox dilecti mei. Vox est
vox dilecti mei quam audiuit hoc est letabunda
dat. Nam etiam quod tantum diligatur a sponso
ipsa puella filias ierusalem adiuret. ut non eam
[illegible] requiescentem inquietent. Hec est
uox dilecti mei prime loquentis. quem dilec
tum uice desiderans sed non uides ann[illegible]
[illegible] Ecce iste uenit saliens in montibus
transiliens colles. Montes et colles in
telliguntur perfecti quique sancti conuersacionis
sublimitate ceteris subleuati. quasi
[illegible] camporum planitiem melioris uite ex
cedentes. de hijs montibus psalmista ait. Erit
mons domus domini in uertice moncium. et eleua
bitur super colles. Igitur ergo sponsa dilecto
suo. Ecce iste uenit saliens in montibus
et transiliens colles. hoc est etiam humanitatem
omnium sanctorum excellenciam. omnium contem
placionis uite puritatem excedens.
nec stare in montibus sed transilire dicitur. quia
et si ad horam pinguem inspiracionem corda
sanctorum uisitat. subito tamen recedit. ut
eo amplius animi dilectionem accendat. Po
test etiam ad incarnationem Christi referri.
non qui ueniens quosdam saltus dedit
quia de celo in uterum uirginis uenit. de
utero uirginis in presepe. de presepe ad
baptismum. de baptismo ad crucem. de cruce
ad sepulchrum. de sepulchro ad celum.
Hinc et psalmista. Exultauit ut gygas